



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCXXI. Bernhard von der Schulenburg quittirt den Rath der Altstadt
Salzwedel über 100 Mark Silber, am 27. Juni 1371.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

svetudinibus, libertatibus ac pertinentiis singulis et universis, sicut strenui viri Nicolaus, Henricus, Fredericus, Rudolphus et Wichardus, fratres, dicti de Clöden, nostri fideles dilecti, hactenus a nobis in pheidum habuerunt prescriptos redditus atque tenuerunt, ita videlicet, quod prefati Copkinus et Gerekinus, fratres, redditus prenominatos donare sive legare vicariis, altaribus sive locis quibuscunque aut personis Ecclesiasticis debebunt et poterunt, absque omni nostra atque heredum sive successorum nostrorum recusatione, quandocunque eis videbitur expedire. Renunciantes pro nobis, heredibus ac successoribus nostris omni juri, actioni seu impetitioni, quod vel que nobis in prefatis bonis sive redditibus competeat, competunt, sive competere poterunt aliquater in futurum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus strenuis viris, Gevehardo de Alvensleve, milite, Gevehardo de Alvensleve, seniore, et Henrico de Schulenborch, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Soltwedel, anno Domini Millesimo tricentesimo septuagesimo primo, ipso die corporis Christi.

Lenz Br. Urk. S. 418—420.

CCXXI. Bernhard von der Schulenburg quittirt den Rath der Altstadt Soltwedel über 100 Mark Silber, am 27. Juni 1371.

Ego Bernardus de schulenborch, Cellarius in halberstad, presentibus Recognosco publice protestans vniuersis, quod prouidi viri Consules Antiquae ciuitatis saltwedel mihi parato argento Centum marcas argenti Brandenburgensis, in quibus mihi obligabantur, integraliter ad voluntatem persoluerunt. De quibus Centum marcis argenti ipsos dico quitos penitus et solutos nunc et infuturum per presentes. In cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M^o. CCC^o. LXX primo, feria sexta post festum natiuitatis Beati Johannis Baptiste.

Nach dem Originale des Soltwedeler Archives XXI, 6.

CCXXII. Markgraf Otto vereignet auf Bitten des Heino Wittstedt dem Rath der Altstadt Soltwedel Hebungem aus Zietenitz, am 2. März 1373.

Noverint uniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos Otto, Dei gratia Brandenburgensis Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, ad instantem requisitionem dilecti nostri Heynonis Wittsteden, civis nostre ciuitatis antique Soltwedel, prudentibus ac discretis viris consulibus ciuitatis nostre ante dicte presentibus et futuris, nostris fidelibus et dilectis, dedimus et donauimus, damus et presentibus solempni donatione in perpetuum donamus proprietatem sex modiorum siliginis annuorum reddituum in villa Czitenicz super curia Heynonis Sellin, civis in Soltwedel, situatorum, cum omnibus iuribus, graciis, commodis, honoribus, fructibus, utilitatibus et pertinentiis eorundem, prout dictus Heyno Sellin a nobis hactenus in pheidum habuit atque possedit, in antea iusto ac legitimo proprietatis titulo, con-